DISPUTATIO

De

IURISDICTIONIS SECULARIS

Origine, definitione & diviſione.

Quam

ἐὺν θεῷ

PRAESIDE

DOMINICO ARUMÆO

I. V. D.

Publicè habebit

Iacobus Wangenheimb/ Miſn.

Ad 22. Octobr. in novo ICtorum Auditorio.

IENÆ

Imprimebat Tobias Steinman.

M. D. C. II.

Nobiliſs. Doctiſs.

DN. HENRICO

von Bünaw / auff Tre-
ben / etc.

DN. GEORGIO

à Pflug / in Poſterſtein / etc.

Salanæ Iuventutis Principibus Dominis
& Fautoribus ſuis.

Obſervantiæ ergò
O. & D.

Iacobus Wangenheimb / R. A.

Σὺν θεῷ.

DISPVTATIO
De
Iurisdictionis ſecularis Origine, definitione & diviſione.

Vita civilis, ad quam Homo naturali rapitur propenſione, in ſocietate eſt. Societas in duabus rebus, Commercio & Imperio, quorum hoc Lipſ. 1. polit. 1. ſuccinctè definit certum ordinem in iubendo & parendo.

I.

Imperium iſtud diſtinguendi cauſa Primum(a) appello, quod in rep. Rom. de qua noſtra inſtituta diſputatio, ab eiectis Regibus in Coſs. primum devolutum, (b) qvibus cum LL. Valerijs, Portia & Sempronijs valdè imminutum eſſet, (c) penes populum, licet ſæpius attentatum, (d) remanſit usq; ad Principes, in quorum primum Auguſtum, poſtquam I. Cæſar Optimatum vires contudiſſet, eorumq; partes Auguſtus deſeruiſſet, Lege Regia lata conceſsit, qui cuncta civilibus diſcordijs feſſa, cum non aliud diſcordantis patriæ remedium ſupereſſet, quàm ut ab uno regeretur, NOMINE PRINCIPIS ſub imperium accepit.

(a) Tilemánno eſt univerſale diſſ. 4. th. 1. & 2. omne Imperium, omniſq; poteſtas l. 1. §. 7. C. de vet. I. en l. 1. π. de conſt. Princ. §. 6. ff. de I. N. G. & C. (b) Liv.

 dec.

dec. 1. lib. 2. Gothofr. in fragm. 12. tabb. de off. Conſ. (c) *de quibus Hotoman. in LL. Rom. novißime Scip. Gentil. in diſput. ad L. Porciam.* (d) *Vi*[illegible] *idere eſt apud Tacit. 3. annal. ab exceſſ. Aug. p. 153.* (e) *Sueton. in Julio. c. 49. & in Auguſt. c. 12.* (f) *Verba Taciti ſunt 1. annal. p. 17. & 25.* De Legis R. Origine hæc pau[illegible] habe. Cum principatu nata eſt, cum de prin[illegible]patu ſit & unius poteſtate; ne forte eam temere putes antiquius repetendam cum *Myſ. d. §. 6. Muret. ad l. 31. de LL. & ad d. l. 1 de conſt. princ. Valt. ad d. § 6.* Principatum primus conſtituit Auguſtus, ſiquidem I. Cæſ. non Princeps ſed perpetuus Dictator. *Suet. in Iul. c. 76. Tac. 1. annal. p. 23. ubi I. Lipſ.* quod nomen non ut Principis in ſucceſſores continuatum, ſed I. Antonii *de qua Hot. in LL. Rom.* in perpetuum è rep. ſublatum. Hic ſumus eſto, ſignem vide apud I. Lipſ. *in comm. ad ann. Tac. libr. 1 p. 1*[illegible] *& ſeq.* Cui quod addas, hoc habe olei ex *Dion. l*[illegible]. ubi qua de cauſa Auguſtus adhibuerit in conſilium Agrippam & Mœcenatem, & quomodo oratione hujus perſuaſus ſimulato reſtituendi imperium, quod per vim tenuerat, animo, *de quo etiam Sueton. in Aug. c. 28.* idem in volentes & ultro offerentes obtinuerit Romanos. Et quid dic[illegible] de lege iſta, quam Muretus *in d. l. 31.* in æde Lateranenſi propè totam *ut eam LL. Rom. inſeruit Hotom.* adhuc extare ſcribit, in qua ab Auguſto Legis R. incunabula repetuntur! Ideo ſuſpectus lapis eſt, quod non Legem ſed SC. ſervet. Da[illegible]tur, opinor, hoc Mureto, Legem R. renovari fuiſſe ſolitam ſingulis creati Principibus, cum *pro eo ſit Tacit. 1. annal. p. 23. ubi Tiberius* [illegible] *a rep. videri velit & libr. 4. ab e*[illegible] *eſſ. Ner. p.* [illegible] *ubi Senatus cuncta Principibus SOLITA Veſpaſiano decrevi*[illegible] *& hoc*

SC. [illegible]

SC. dictus Lapis ſervat. Age iam quisquis es, qui lapidem reijcis, largire quæſo ulterius Lipſio *d. libr. 1. p. 30.* Tiberium omnes poteſtatis popularis reliquias inanes penitus exſtinxiſſe atq; inde conclude, quid ita renovata Lex R. per Senatum tantum in Veſpaſiano *Confer. l. 1. de off. præf. l. 14. de manumiſſ.*

II.

Qui conſequenter omnibus eſt exſolutus LL. (a) ut liberrimè dare operam poſſet, ne quid detrimenti caperet reſp. ſed ſalus populi in tuto permaneret. Extra quem ſcopum ſi triſti adfectuum turbine raperetur diſſoluta reip. forma, quam tuendam accepiſſet, res rediret ad prima omnium gentium iura, niſi & hunc in eventum quædam ſalubriter conſtituta.

(a) Duplices ſunt LL. quædam pertinent ad adminiſtrationem, quas ſuis P. R. magiſtratibus præſcripſerat. quædam ſunt, quæ à magiſtratibus reguntur. His non opus fuit ut exſolveretur Princeps: nam etiam quilibet P. R. magiſtratus, eò quod haberet imperium, LL. quas pro imperio regebat, adſtringi non poterat: quod ſi aliquid per vim aut libidinem geſſiſſet, magiſtratu abdicato accuſabatur: Iſtis ex parte nonnunquam ſolutos legimus, ut Scipionem Africanum, Pompeium, Sullam, qui de modo ſolvendi LL. tulit legem, quæ eſt apud Briſſon. Princeps v. his omnibus ſolutus eſt ſed ut dixi, Conſequenter, *cum qui omnem poteſtatem & omne imperium Populi conſecutus, nullis amplius LL. populi conſtringi poſſit, niſi una illa qua Princeps factus eſt. Non commoveor verbis, quæ ſunt apud Hotoman. in d. L. R. Verſ. utiq; quib. LL. hac n. ad ſpeciem & uſurpationem vetuſtatis in plebem & ſenatum gratæ pertinuerunt. Quæ cum ita ſint, haut immeritò quispiam miretur, tot paragraphos, tractatus, orationes, diſputatio-*

tes conſcribi, de Principis poteſtate, quorum auctores nil niſi leges crepant, ad quas Principem velut in ergaſtulum compingunt. Cic. 1. de Orat. Illum definit LL. & conſuetudinis eius, qua privati in civitate utuntur & ad reſpondend. & ad agendum & ad cavendum peritum, quem ferè probant Cuj. in par. [illegible] de Or. I. & Hot. in IC. Iam mihi dicat Leguleius, quis ille Prætor, qui det recuperatores adverſus invitum Principem? quis me accuſatore in eundem etiam iura gentium violantem exercebit leges! Nihil interim permiſſo Principi.(b) ea igitur quæ pertinent ad poteſtatem Principis, excedunt IC. ut ita loquar, Netionem. Liberius de eâ diſſerunt Politici & ex parte Theologi, quorum litem meam nec faciam, nec feci, dum in incompetentiam meam, quod licet, paulò accuratius inquiſivi, nec attendere volui vinculum honeſtatis & naturæ, quod extra legis civilis imperium.

III.

De prima poteſtate iſta hactenus. Quæ ab ea eſt, ſi [illegible] ita ex eo hauriri duplex poteſtas, Armorum & Legum. Harum poteſtas Iuriſdictio dicitur, quæ eſt poteſtas iuris dicendi. Armis ſubterb[illegible] hanc diſtributio in Criminalem & Civilem. Criminalis propriè dicitur Merum imperium, quod definitur poteſtas gladij ad animadvertendum facinoroſos.

(a) Pr. proœm. ff. Tac. 1. annal. ubi opponit exercitum & Iuriſdictiones. Scip. Gentil. 2. de iuriſd. 14. (b) Hic ſignificatus IC. minus familiaris, ſed tamen eſt in l. 1 de off. ei, cui mand. rubr. & l. 3. ff. de iuriſd. l. 2. §. 23. §. 32. ubi Muret. & O. I. Tac. d. lo. Suet. in Auguſt. c. 33. Senec. 1. de clement. 1. f. Aſcon. Pæd. in 4. Verrin. Cic. Caſſiodor. & alij Muretus p. 138. Scip. Gent. 1. c. 2. Obbrecht. c. 1. n. 8.

n. 9. Duar. c. 1. Zaſ. n. 2. de iurisdictione. (c) §. nos Romanorum. de pac. conſt. Quò v. miſtum imperium! Iurisdictionis civilis adiunctum eſt. vide in th. 20. lit. a. (d) quamdiu manſit ordo iudiciorum publicorum, de quo in l. 8. π. de accuſat. merum imp. Romæ ſiluit & tantum cum eo magiſtratus prouinciales Lege Curiata, prouinciis præficiebantur Sueton. in Tib. c. 12. Cic. 4. ad Att. 1. & 3. Famil. 2. Scip. | 3. c. 1. Quo abſcedente, contra quæ crimina antea quæſtiones & leges ſuo exercebantur ordine, quaſi poſtliminio in Vrbem rediit merum Imp. & ad illud ſpectare cœperunt. Perpetuo tres vices iſtæ notandæ: Poteſtas gladii à regib. & primis Coſſ. in populum ceſſit, à quo LL. & perpetuis quæſtionib. concredita, quæ tandem ad Principis arbitriū redactæ non præeſſe ſed ſubeſſe adminiſtrantib. cœperunt. Scip. 1. c. 2. l. 1. §. 12. l. vlt. de off. præf. urb. l. 3. §. 1. de offic. præf. vig. (e) Nonnemo criminalem Iurisd. ab Im. M. facit aliam ut hæc exſecutionem, illa notionem comprehendat, qui in eo errat, quod notionem genus Imperii & Iurisdictionis facit. Quæro an omnis Iurisdictio ſpecialis notio. an notio ſpecialis quam dicunt, ſpecie differat à notione, quæ adeſt Iurisdictioni & Imperio. An deniq; merum Imp. recto caſu dicatur notio. Notio Imperii & Iurisdictionis gradus eſt, non genus. l. 99. pr. de V. S. iunct. l. 5. pr. de re iud. Hotom. in epit. de Iurisd. n. 8. 9. & 10. (f) Neſcio an plenius Muret. Eſt poteſtas quærendi de criminibus & à confeſſis aut convictis pœnas vel LL. conſtitutas vel pro admiſſi modo arbitrarias exigendi. (g) Cur poteſtas magis quàm Iurisdictio? IC. diſtinctionem, poteſtatis in bellum & Iurisd. cum de iure belli, quo adverſus hoſtem utendum, peculiariter non tractent omittunt, quæ eliſa Imperium poteſtas definiri poteſt. (h) Gladius tropo uſitato inſigne pro re cuius inſigne eſt, uſurpatur,

ſicuti

ſicuti pugio dicitur geſtatus Vitellio in ſignum iuris vitæ & necis apud Tacit. 3. annal. ab exceſſ. Neron. p. 690 Coſſ. hac formula: Darent operam &c. dabatur poteſtas educendi gladium i.e. ſummum Imperium Salluſt. in [illegible] p. 19. & 38. Plura non addo. ea qui volet, videat Scip. Gentil. 3. de iurisd. 2. & 3. Lipſ. ad ann. Tac. p. 239. & p. 487. Cui. 16. obſer. 1. & ex eo Gothofr. ad l. 8. pr. l. 28. pr. de pœn. ubi cur contrario Caracalla Papinianum gladio ferire, non ſecuri percutere debuiſſet.

IV.

Tres gradus habet, de quibus videri volo Paul[illegible] 5. Sent. 17. & l. 28. de pœn. Quo carcer [illegible] pœna n[illegible] eſt *l. 8. §. 9. eod.* licet triſtities eius pœnam efficiat a[illegible]ciorem *d. l. 8. §. 6. l. 9. de cuſtod. reor.* Vbi procul [illegible]bio ad merum Imperium pertinebit eoq; ſituabi[illegible] gradu, cuius pœnam reddit acerbiorem.

V.

Competit nemini, niſi cui Lege vel SC. vel conſtitutione P[illegible]incipis ſpeci[illegible] [illegible] [illegible]buitur.

Quid hic ſpecialiter tribui [illegible] a poſteriori [illegible] nullus enim pene magiſtratus, qui non ſpecia[illegible] conſtitutus. Duo ſunt, quæ ſpecialiter importat 1. quod ipſe tantum cui tribuitur: Imperium hab[illegible]: & exer[illegible] alteri mandare poteſt. 2. quod ſeparat [illegible] tribuitur: opponitur enim ſpecialiter tribut[illegible] ture magiſtratus, de quo Muret. ad [illegible] pr. de offi[illegible] mand. Scip. 2. de iurisd. 14. Qu[illegible]ſtio autem an ſ[illegible] cialiter i. e. expre[illegible] [illegible] & hic eius uſu frequ[illegible] merum Imp. tribuatur, & an [illegible] habeat, [illegible] qua voluntat[illegible] [illegible] hac [illegible] Sane refert aliquando conſiderare, an aliqua [illegible] conſ[illegible] di tum. conſuetudo, quæ attendatur, ut in pro[illegible] Romana

magi

magiſtratibus in dubio, niſi expreſſum eſſet, non tranſiiſſe putarem, quia ita mos eſſet, P. R. Aliud dicerem in præfecto Vrbi l. 1. pr. ibi: omnia omnino crimina præfectura Vrbis ſibi vindicavit. & §. 4. ibi: cum urbẽ noſtram fidei tuæ commiſerimus. de præf. urbi. In Legato Cæſaris &c. imò & de P. R. aliud dicerem, quando Eumeni, quando Maſaniſſa tanquam beneficiarys regna permittunt, aliud, quando Ciceroni Conſulatum, & rurſus quando decernunt, darent operam Coſſ. ne quid detrimenti reſp. caperet. Hodie ſi quæras, an conceſſa omni Iurisdictione tranſeat merum Imp. ſive diſputes ut favorabile quiddam, qualis hæc quæſtio ferè perpetuo eſt, ſive ex analogia iuris eam decidas, tranſire poſſe dicendum eſt tamdiu, donec concedentem aliud ſenſiſſe ſufficienter probetur. Nimis imbellis eſt ratio, quæ à diſſentientibus affertur ex l. 16. de Iurisd. &c. à reliquis magiſtratibus imperio mero præditis, in quibus omnibus voluntatis quæſtio locum planè non habet. Altera quæ ex l. 1. pr. de off. ei. eſt, ex modo dictis corruit.

V I.

Cur Præſes provinciæ, cui majus imperium omnibus poſt ſe Princeps attribuit, deportare non poteſt?

Magnæ nugæ apud pleroſq; ex eo, quia putant, non niſi ſpecialiter i. e. nominatim & expreſſe ius deportandi competere. Vera huius ratio eſt in l. 7. §. 1. de Interdict. & releg. quod pleraq; Provinciæ vel Inſulas non habeant, vel Inſulæ ſint, & præſidis Imperium Provinciæ terminis contineatur. Non obſtant in d. §. 1. verba: & eam ſpecialiter Inſulam adſignare poßint? quæ non ita accipienda, ac ſi ſpecialis conceßio poteſtatis huius neceſſaria, ſed eò pertinent, ut poßit præſes tum demum deportare, ſi Inſula ſui territory idonea ſit. Quid enim ſi deportandus inſulanus? quid

quid ſi delictum vetuſtiorem & acerbiorem exigat deportationem puta in Inſulam incultam, non amœnam, qualis forte ea quæ ad provinciam pertinet?

VII.

Excipiendus eſt caſus, ſi is cui conceſſum merum Imp. abeſſe cogatur: tum n. mandare poteſt.

Duplex difficultas hic emergit, an cauſa abſenti extendenda ad æquè gravem vel etiam graviorem. An etiam in alys quæſtionibus idem quod in Lege tulia de vi dicendum. Inquire in rationem L. tulia de vi, cur abſenti eam mandare permiſſam, & ſecundum Vlp. in l. 6. pr. de off. procoſ. l. 13. pr. de off. præſ. qu. de iure dicimus, non omnia ad vivum ſunt reſecanda, quæ bonus & gravis præſes pro pace atq. quiete provinciæ præter ordinem iuris fecit. Vide Hotomann. in epit. de officiis n. 3.

VIII.

Excipiendæ etiam cognitiones & examinationes flagitiorum, quæ quantum ad ius vetus in eo differunt à notionibus cauſarum civilium, quod in his ad præſcriptum ſententiam fert iudex, non in iſtis cognitionibus, cum ſententiam capitalem dicere nil aliud ſit quam Imperium exercere.

Vlp. in d. l. 6. pr. genus hoc mandati extraordinarium vocat, quod intellige de eo, ſi ſimul permittatur facultas dimittendi, quos reperiant innocentes. Vide l. C. eod. l. 2. C. de off. præſ. Auguſt. l. un. C. de off. præſ. vig. Non tamen carceres mandare poſſunt N. 128. 21. nec examinationem quamvis puta ſi qua merum deſideret Imperium d. l. 6. pr.

Facta

I X.

Facta conceſsione quatenus habeatur Imperium, intelliget, qui perpenderit, ipſum eſſe individuum, adminiſtrationem concredi multis. Quo reſpiciens ſupra Imperium feci primum & à primo ortum, non tanquam integrum in membra ſecui.

Communiter concedunt, omnia orta imperia à Primo tanquam à fonte perennè promanare, non v. tanquam ramos ex arbore cadi. Item quod proprietas & uſusfr. in re priuata, hoc ſuperioritas & exercitio in Imperio. Loquor de Imperio orto, quando confertur cum Primo, non quando opponitur ei, quod habet, qui ab ortum habente habet. Hodie in Imperio Germanico ius vetus, quod de magiſtratibus Romanis fuit, vix locum inveniet in ſtatibus Imperij, licet ſecus ſit in magiſtratibus Imperatoris & ſtatuum. Item hodie Iurisdictio & Imperium non tantum magiſtratibus dantur, ſed etiam extra magiſtratus contemplationem ut ius peculiare & hereditarium. Quare lector cautè inter hac duo incedat.

X.

Exercetur in facinoroſos, & non tantùm in eorum vitam animalem, verùm etiam in eam, quæ poſt fata ſuperſtes manet, memoriam puta & famam, quæ vivit in ſtatuis, titulis & id genus monimentis alijs. Ad eum v. gradum poteſtas damnandæ memoriæ pertinet, cujus pœna erat, quæ facinoroſo infligenda vel inflicta v. Iacob Ræv. 3. conj. 16.

X I.

An in bruta animalia?

Porcus qui puerum devoraverat, iudicio damnatus & furca ſuſpenſus apud Papium deciſ. 338. De ſtatuis & veſtibus animadverſis vide Fornet. 1. Sel. 8. Scip. Gentil, 3. de iurisd. 4. Redditur quidem ratio in c. mulier. 15. q. 1. cur Deus voluerit pecudem interfici, Geneſ. c. 9. Levit. c. 20. ea non ſufficiens eſt, cur de imperio mero pecudem interficit. Puto eſſe meri imperij, quatenus etiam ad augendam ſupplicij atrocitatem & infamiam facit pecudem mori, domum funditus everti, ſtatuas convelli, liberos infamia notari perpetuâ &c. Extra humani ſceleris commercium pecus lanienis non carnifici traditur.

XII.

Iurisdictionem ſpecialem non memini definiri in I.L. noſtris, qu. locus ad lapſum valdè lubricus. Eſto poteſtas iuris ad definiendum & confirmandum negotia civilia.

XIII.

Ratione efficientis vel Lege, SC. conſtitutione Princ. ſpecialiter tribuitur; vel iure magiſtratus & quod nonnunquam uſurpatur, more, more majorum competit: ſpecialiter ut Legis actiones, (a) quales ſunt tutoris datio, (b) manumiſſio, emancipatio, adoptio.

(a) Revard. ad l. 77. de R. I. Scip. 2. de iur. c. fin. (b) l. et inter actus legitimos apud magiſtratum expediendos eſt d. l. 77. at quæ eius generis, iurisdictionis, aut l. 2. cum l. ſeq. de offic. pro coſ. 2. in l. 5. pr. de tutor. dat. non poteſt mandari. Mandari [illegible] vel non mandari po[illegible] eorum tamen ſunt, quæ imperij vel iurisd. [illegible] de off. [illegible] 3. Eodem pertinet ad [illegible] dicentis l. 1. §. 1. Scio hic multos diſtinguere inter officium ius dicentis & iurisdictionem. Et quis tam commin. erit diſtinctionem! Et quid tum poſtea? an non menſura & menſuratum etiamſi

inter

*inter ſe differant, concurrunt circa unum idemq; menſu-
rabile? Officium, quod non à Iurisdictione vel imperio, in
magiſtratu agnoſco nullum; Si ab hoc, magis magiſtra-
tus; ſi ab illa, ius dicentis officium frequentius dicitur.
4. rationem itaq; nondum video, cur in d. l. 1. tutoris da-
tio ſola nec Iurisdictionis nec Imperij. 5. eandem magi-
ſtratus miſto exſequitur Imperio l. 1. pr. de adm. tut. Nil
a. huius, quod non etiam Iurisdictionis. Hinc pete cur præ-
ſes mandet & iubeat Duumviris, magiſtratibus munici-
palibus tutores dare §. 4. I. de Attil. tut. l. 46. §. 6. de
adm. tut. quia his non competunt ea, quæ magis Imperij.
Vt igitur utrumq; exerceatur, mandatum præſidis inter-
venit, ut Imperium modo nobiliori quam quo idem
apud municipales mag. dationi tanquam Iurisdictioni.
Hinc etiam pete, cur decuriones ex ſuo corpore tutorem da-
re poſſint l. 19. pr. de tut. dat. l. pen. qui pet. tut. magi-
ſtratus P. R. non poſſit. vide Cui. 7. obſ. 17. Scip. Gentil.
c. 3. ad orationem D. Marci. 6. deniq; tutorem dat cuius
ea de re Iurisdictio eſt l. 3. pr. de poſtul. l. 3. §. 5. π. iud.
ſolv. Prævideo quid reſponſi afferas, eam dationem eſſe
pro adminiſtratione adſignanda. Eſto, ſed nolo di-
ctatorem, oratorem volo: Cur hæc magis vel ſola Iurisdi-
ctionis! Copias explicui leviter ſimul tentato certamine.
Iuſta acie iam dimicandum. Robur omne & veluti cu-
neus quo cuncta perrumpant ſcilicet obvia, adverſariorum
à l. 6. §. 2. de tutel. eſt. Sed tu æſtima præcedentem re-
motionem ex ſequenti poſitione. Magiſtelle, negata una ſpe-
cie, altera neceſſariò non negatur. (b) Cur apud Lega-
tum Procoſ. in l. 2. ff. de off. procoſ. manumittere non poſ-
ſumus? Quia apud eum non eſt Legis actio, antequam
procoſ. in Provincia eum ſibi leget. l. 17. de manum. vind.
Cum a. auctoritas & ſplendor huic Iurisdictioni omnis*

ab Imperio, ratio non permittit ut iſtum à collega petat qui pari tantum præditus imperio, cum à ſe ipſo eum ſuo beneficio conciliare poſſit l. 14. pr. de manumiſſ. l. 18. de manumiſſ. vind. l. un. de offic. Coſ. in qua ne mireris, quod minor Coſ. apud Collegam maiorem cauſa probata manumittere poſſit, quia apud ſe ipſum iſtud non poterat. Tota deciſio ab eo eſt, quod ab Imperio magiſtratus in manumiſſionem deſcendat: non vis non coactio, ſed autoritas.

X I V.

Specialiter non tribuuntur Iudicis dandi licentia, (a) & jus removendi ſuſpectos tutores. (b)

(a) Atqui in l. 12. §. 1. de iudic. Lege, SC & c. bus dandi iudices conceditur magiſtratibus Provincialibus. An ideo etiam ſpecialiter ut mandaretur, &c. De mea hoc moveo, moneo: Non omnia quæ lege tribuuntur, ſpecialiter tribuuntur. (b) Mandata enim Iuris dictione tranſit l. 4. pr. de off. ei. l. 1. §. 4. de ſuſp. tut. Video hos textus in me retorqueri. Tu intentionem ſupp. perpende. Nec eſt cur movearis l. 1. §. 11. ad Turpil. quod in ea ſuſp. tutoris accuſatio pro tribunali tantum examinetur. Ehem an tribunal præſes non iure magiſtratus ſed ſpecialiter habet? An unquam legatum præfuiſſe Tribunali legimus? Vide Cic. 1. de Orat. [illegible] Gentil. 2. de [illegible] 10. & 15. f. Negant tamen plerique ex l. 9. §. 2 de pœn. Lex ea per generalitatem [illegible] eſt ſenſus obſtante Con[illegible]. Concede [illegible] tum & hunc recipere intellectum. apud Tribunal Præſi[illegible] id eſt, Præſide ipſo ſedente pro tribunali, aut eo[illegible] de abſurditate. Refractarius quispiam ſorte & alia urgeret verba in d. §. 11. Nullum alium quam Præſes per to Præſes intelligo: qui præſidet l. 1. §. 14. de ſeparat. præſidet

vero

verò etiam Legatus. Ad tribunal hanc accuſationem delegatam animadverto, ſpecialiter tributam nondum video.

X V.

Specialiter & ea Iurisdictio tributa videtur, cujus cognitio ſpecialiter tribuitur, cum fieri non poſsit, ut Iurisdictionem ea de re mandare queam, cujus cognitionem delegare non liceat. (a) quò pertinent cognitiones de alienatione prædiorum pupillarium; de transactione alimentorum, &c. Non tamen cognitiones, quas vocant extraordinarias, (b) nec quantum ad jus vetus, cauſæ ſtatus. (c).

(a) Audi παράδοξον: Iurisdictio quæ iure magiſtratus competit, poteſt degenerare in ſpecialem. (b) ita dictæ, quod extra ordinem cognitionum ſuſcipiantur, qui obſervari non poteſt, cum prætor ius non ex edicto, ſed ex SC. & Principalibus conſtitutionibus dicat, l. 2. pr. ex quib. cauſ. maior. l. 2. π. de extraord. cognit. (c) De iure C. propter conſtitutiones Dioclet. & Maxim. indubium eſt. Iure veteri aliud fuiſſe uſu obſervatum, colligis ex l. 2. ſ. C. de ped. iud. l. vn. C. de off. præt. l. 36. cum ſeqq. π. de re iud. l. 7. §. 1. §. 2. de hered. pet. l. 8. l. 9. l. 30. de liberal. cauſa. Rav. 30. var. 20. Diſſ. per l. 37. §. 7. de recept. arb. ad quam reſpondet Rav. d. l. &c. Argumentum quod ex Verrin. Cic. duci poterat, rejicit Scip. 2 de iur. 18.

X V I.

Hæc de Iurisdictione ſpeciali: Quæ iure magiſtratus venit, ejus vis omnis ferè exprimitur tribus iſtis verbis: Do, dico, addico. Do quo minus pertineat ad judicis dationem, nihil in cauſa eſſe ſuſpicor.

Ordinariè

Ordinariè Prætor ipſe non iudicavit: obſtitit dignitas & iudiciorum moles, cui ſubeundæ unus non ſuffeciſſet. Fulcrd v. Cic. Pro Cluent. Neminem inquit, voluerunt Maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiusquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima iudicem eſſe, niſi qui inter adverſarios convenisſet. v. Briſ. de V. S. p. 514. Ideo q. exigui momenti eſt de iure veteri diſceptatio iſta. An iudex ordinarius recuſari poſſit, cum non niſi inter volentes iudex eſſet. Rev. lib. Sing. protrib. c. 1 . Excipe cauſas, in quibus ad eundem eundum erat iudicem L. 9. de cauſa liber. Iure noviſſ. & converſo iudicum ordine tam ordinarius quam Pedaneus recuſatur, ita ut ille nihilominus exſecutionem habeat l. 16. l. ult. C. de iudic. l. 14. C. de Iurisd. N. 53. c. 3. Cæterum in arbitrio eius eſt, qui [illegible]ſat, vel omnino examen ſuſpecti iudicis declinare, [illegible] alium petere adiungi, ut a Feſſ[illegible] N. 86. c. 2. qui[illegible] [illegible]ndius, ſi in Provincia iudex ordinarius [illegible] [illegible] c. 1. c. 3. d. N. 86.

X V I I.

[illegible]giſt[illegible] ex Pedaneis cauſa [illegible]tionem [illegible] an delegatus pronunciabit?

Manentibus formularum impetrationibus impoſſibile erat non iudicare, qui cognoviſſet ita videlicet iure in [illegible] verba compoſita, Revard. 1. de præiud. 5. & in protrib. [illegible] in Quint. quibus ſublatis voluntatis quæſtio facta eſt in dubio ideò cum Mynſing. 4. obſ. 93. puto non iudicare, ſub cognitio deputata, quod parcè delegare cognitionem teneatur magiſtratus l. 2. C. de ped. iud. N. 82. c. 6. [illegible]. Sep. Gentil. 2. de Iurisd. c. pen

X V I I I.

Diverſis ab iſto eſt poteſt. [illegible] dati [illegible] d ex [illegible] dum, non exſequi non poſſit, niſi cognoſcat ſimul de impedimen-

dimentis incidentibus *l. à. D. Pio. π. de Re ind.* Ipſam tamen cauſam, quæ ſententia definita eſt, retractare non poteſt.

X I X.

Sunt & aliæ diſtinctiones Iurisdictionis, ut in voluntariam & contentioſam: propriam ſive ordinariam & mandatam: (a) abſolutam & prorogatam: propriam & impropriam, Feudalem puta.

(a) Contendit Alber. Gentil. 1. lection. 9. Legatum Procoſ. ordinariam tenere Iurisd. quem refutat Quidam. Liticula hæc olim efferbuerat inter Cui. & Robert. Facilè diſcuti poteſt, ſi primò perſonam legati ſeparatim inſpicias. Deinde ſi diſtinctionem ſuprà in th. 14. traditam adhibeas. vide l. 1. ſ. de off. ei. l. 13. l. 15. l. 2. ſ. cum l. ſeq. de off. procoſ. l. 17. de manum. vind. l. 2. quis à quo app. l. 6. §. 2. de off. procoſ. Cæſar. libr. 2. & 3. bell. civ.

X X.

Iurisdictio ſine modica coërcitione nulla eſt, id eſt, nullius momenti c. 28. pr. de off. deleg. Ea coërcitio dicitur miſtum Imperium Magiſtratibus ferè L. Atteria Tarpeja datum. Ideo miſtum, ut mero opponi intelligas, quod quatenus non propter aliud eſt, miſtum non eſt. Hoc definitur poteſtas Iurisdictionis ad coercendum invitos, contumaces & contemtores.

(a) non feram eos, ſi qui miſtum fecerint Iurisdictionis partem eſſentialem, cum ea ſit multò recentius; cum eandem defendat, cum eidem dicatur miſceri, cum dubitetur an Iurisdictione mandata tranſeat, &c. Eſt neceſſarium adiunctum adeò, ut ſine eo Iurisdictio conſiſtere nequeat adverſus abnuentes. (b) Cur non miſtam etiam dicimus Iurisd. Quia nulla mixta eſt: Et ſi enim volunta-

C ria

tia talis ferè eſſe videatur, tamen & ea ex re imperio adverſus contemptores (*) addo: omnia coercitionis instrumenta qua non pro iuriſdictione, ſed per ſe eſt, mera ſunt & meri Imperij. Sic miſſa Imperij ſunt mulctare l. o pe l. 11 de off. procoſ. l. 3. ff. quis a quibus, verberare l. 2. §. 2. ff. l. 1. cum l. ſeq. C. de teſtib. N. 90. c. 1. §. 1 ubi Gothofr. incarcerare l. 2 §. ult. ff. de aleat. pignus capere, corpus prehendere & retinere, &c. Hac tamen etiam meri ſunt Imperij, quando non pro iuriſdictione tuenda adhibentur. (*) Iſtud eſt miſtum in Iuriſdictione, quod in agere in manu.

X X I.

Eius gradus reperio duos, ſuperiorem & inferiorem: quorum poſterioris uſus eſt, quando magiſtratus municipales ea quæ magis Imperij quam Iuriſdictionis ſunt, exercere non poſſe dicimus, ut mulctare nequeunt.

Diſſentientis Cui. argumenta collegit Pancirolus in lib. de magiſtratibus munic. c. 8 Sep. Gent. 1 de Iuriſd. 9. ubi ad eadem nervosè reſpondetur. Speciale quod in l. 1. & l. 4. de damn. inf.

X X I I.

Elucet maximè in pignoris captione (a) corporis prehenſione, retentione, ductione, vinculis, carceribus, (b) verberibus.

(a) Duplex pignus ḋ cauſa eſſe quod privati conſtituunt & quod magiſtratus. hoc rurſus vel iudiciale eſt, ſi ob cauſam iudicatam a magiſtratu, qui iudicem dederat, conſtituatur, vel prætorium, ſi alia ex cauſa, contumacia puta. (b) Paul. ſent. 26. l. 13. §. ſi quis de iniur. An aliud corpus pro alio prehendi & retineri poterit ἀνδροληψία Græcis eſt, vulgo Repreſſalia, Clarigatio ferè

Locus